

neris. Diximus ergo ex Ennodio v. 490. At mihi crux cuspis, crux scutum, cruxque corona: Hac tegar, hac seriam, hac pacis fœdera firmem.

Ennod.

DIDASCALIA III.

Cadens peccator surgere non cupit, ut surgat, sed ut iterum cadat.

1 Cæca mens hominum, malique neficia, quandoquidem in errorem inducitur sæva malicia. Minime labyrintho erroris egredi cupientes volunt, sed per viarum flexus & reflexus rationem revocantem magis amittunt: igitur nonnunquam in viam dirigunt cordis intuitum, & non in criminis terminum: claudicantes in semitis suis, quippequam semper in semitis.

Peccati non est terminus.

Virgil.

Deut. 4. 19.

Irrevocabilia, crimina culsa.

Quisnam error maior error?

Convertere vias, in festaque tela talere, Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus Adversis spatij, alternosque orbibus orbis Impediunt.

Ut ait Virgilius 5. Aeneid. à vers. 582. Ne errore deceptus adores: inquit Moyses de cavenda idololatria, quæ quidem cautio prorsus necessaria, ut arceantur ab animo vulnera. Est error & deceptio in transgressione legum, ac commissione criminum. Deceptio indicat iniuriam mentis: error persistentiam voluntatis. Deceptio criminis ignorantiam: error legis ac præceptorum noticiam. Moysesque dicit, etsi decipiaris, nequaquam erres; equidem haud facilis criminis respicientia, ubi cognita lege, cordis praveat malitia; quippe evanescit pro aversione erroris decepta ratio, modo error abominandus admittitur ex proposito. Lex oculos ut immaculata illuminat; crimen excæcat: & ubi in iniquitate interfuit deceptio mentis: exulet, ne sit furor, malitia erroris: igitur mentis motus atque læsa patet furor, ubi in errore non cognoscitur error. Effectus huiusmodi cæcitatæ exponitur perspicue in tenore legis. Respice, si deceptus laboris in transgressionem: verum errore deceptus nec colas errorem, neque infelix adores iniquitatem: siquidem impossibilis mentis respicientia, ubi adorantur quasi numina, crimina.

2 In malicia exeuntiam Christum comprehendere, clarebit cæcitas mentis atque potentia peccati. Exierunt ergo, &

illo audito ceciderunt in terram. En effectus culpæ propulsantis, ac speculum cæcitatæ emota mentis: equidem adux proruit in delictum, quin furenter adoriens præcognosceret lapsura. Ex causa mirabilium constructa causa, ut Salvatoris tolleretur vita: aquæ currunt in præceps vel in plano, invidia & ingratitude: equidem si peccatore ingrato nil magis criminandum, quam beneficium; ab invidio abdicatur propria ruina, modo fulgentis evanescat gloria. Ceciderunt in terram. An in formam criminis, vel in expressionem divinæ pietatis? In utrunque: igitur in terram cohortem proicit, ut per lapsum iniquitatem cognosceret, ac in mentem è dolore lapsus surgeret; ne in æternum sic federet, si iterum caderet: quandoquidem malum periculosus non est ruina, sed relapsus. Per penam enim criminis, etiam ostendit lapsus cruciamen operationis: peccatum cogitarunt, ac in terram propter votum ceciderunt. Objicitur quanta exhibitione pena, dum sic multatur cogitationis audacia: igitur cogitare quanta ex morte cruciamina quibant; cum ita propter peccati duntaxat cogitationem iacebant.

Ioan. 18. 6.

Comites invidia & ingratitude.

Relapsus in crimen præcipitum est.

Christus vel offensus, saevit.

Vers. 12.

Peccator sine mente.

Nec miraculis convertitur.

3 Ceciderunt in terram. Verum Christus ut amorem exprimeret, surgere à terra præcepit. Factum ut iussit, quin moveret illorum animum impium, quod vel offensus illis conferret manum: quandoquidem amor æstuat, ubi inimico favet, ne male iaceat. Ceciderunt in terram. Miraculum sanè consideratione dignum; dum plebs, cui parcere, atque misereri proprium: igitur in miraculo, nullum, quod ita turba iaceret; sed summum miraculum, quod sic ille vel peccatores puniret. Ceciderunt in terram, surrexerunt: sed quid illi? Comprehenderunt Iesum, & ligaverunt. Ecce furor iniquitatis, & protervitas obcecatis mentis cordis: etenim ita irruunt in meditata crimina, ita errantes adorant iniquitatem; ut audeant in potentiorem, quin desisterent in eum inferre sacrilegam manum, à quo cognoverant posse detruendi in infernum. Potestatem cognoverunt in terram cadentes, nec respuerunt miraculum insigne considerantes: ut cluceat quanta ex peccato obstinatio, in peccatore propter crimina furioso: quippequam nulla animum pulsavit respicientia, quanvis viderent miracula. Si Christus vellet ostendere iustitiam & non clementiam, sic steterunt in supplicium ac in aliorum exemplum, Non solum pepercit, sed à terra le-

Imò abutitur.

Sap. 12. 24.

Potius eligere errare, quam respicere.

Matth. 8. 6.

Infirmis magis ab animo, quàm à morbo.

levavit, ut surgerent in mentem, & abominarentur errorem; ceterum haud respuerunt ab iniquitate concepta: imò illum crevit audacia, siquidem crimen commisit, quoniam à terra levavit.

4 Receptum erigendi virtutem in ipsum benefactorem. O pectoris durities! O ingratitude cordis! Igitur accipiunt creationis gratiam, sed in fautoris offensam. In erroris via diutius erraverunt. Error scelus, sed error amplior errare diutius. Peccare error est, sed non errat in errore vel errando, cuius animum pulsatur devij erroris penitudo; igitur vel penam surgit, vel erroris cognitione ab iniquitate quiescit: & qui diutius in errore ambulat, non solum errant; sed error diutius errant; tum quia adoriuntur iniquitatem, in errore cognoscunt errorem: tum quia malunt errorem cognitum prosequi, quam erroris respicere. Perpende: In via erroris. Peccatum error est, sed aliquando penam, in patrationem erroris non datur via; quippe deficient peccatoribus vires, æquantes malitiam cogitationis. Unde delictum inter nolle peccare, atque peccare non posse. Primum claret virtutis speciositas, secundum voluntatis perversitas; quia deficit in illicita potestas, sed non voluntas: & non tantum error, sed via erroris designatur, dum cordis obcecatio in iniquis transgressoribus ostenditur: equidem abdicunt sensum cruciamina illata penæ, modo inveniunt viam in patrationem peccati. Patet in corruentibus coram Salvatore, ad eius comprehensionem à summis Sacerdotibus & Principibus, qui missi. Ceciderunt, erigi cupiebant, non ut à peccato surgerent; verum ut iterum caderent. Ut invenire possent viam in iniquitatem, corde soventes errorem: & cum iacerent immobiles, & prosternerentur sic, surgentes comprehenderunt ac ligaverunt letum: quippe lapsi cupiebant duntaxat erigi, ut scelus possent latenter usque prosequi.

5 Considerandum utique quotidie cum peccatoribus fieri, semel factum in Assertoris passione. Delinquit homo, at propter delictum in lectulo iacet, & male torquetur. Male, quippe haud cecidit, quoniam cecidit, sed quia deliquit. Torquentur, qui infirmitate laborant: male torquentur, qui peccant: dicunturque agrè valetudine corporis, toriones & male toriones; quippe vis infirmitatis à dira violentia criminis. Minime essent tot corpori symptomata, ni tot inessent animæ crimina: equidem homo in lectulo magis la-

borat ab animo, quam à morbo. Pietas divina, ut homines ad se trahat, salubres errantibus cogitationes inspirat; sed casta cuncta, quoniam nolunt intelligere, ut bene agant. Unde qui passu mentionem nolunt agere bene, in lectulo acuitate dolorem torquentur male. Clamant, ut divino auxilio surgant. Audiuntur: verum quid? Iterum cadunt: igitur non surgere cupiebant, ut à crimine surgerent, sed ut scelera perpetrare valerent. Aegritudo data propter mentis sanitatem, ut vexatione agræ reciperent mentem. Infirmitatis lapsum propter iniquitatem cognoscunt: at surgentes respiscunt? Ipsum remedium gratiæ (inquit Gregor. Homil. 11. in Ezechiele.) vertunt in augmentum culpe: igitur si Deus porrigit favens manum, ut è lectulo erigantur; iam valentes obliviosi in ampliora, quibus lapsi, scelera, prosternuntur. Cognoscitur unde vox doloris, atque clamor penitudinis; igitur non à dolore iniquitatis, sed ab iniquitate doloris; quandoquidem à Domino clemente, ut surgant, petunt valetudinis auxilium, ac surgentes integrè valetudine, iniquis ostendunt Dominum. Prostrati in lectulo clamant, siquidem torti laborant. Surgentes non surgunt? Imò, semel atque iterum cadunt: igitur cum suspiria non orientur à vera penitudinem, sed à premente aegritudinis cruciamine; duntaxat conantur infirmitatis expertes, sequi ac prosequi ignominiarum passiones.

Greg. Mag.

Surgere curat, ut iterum cadat.

6 Propter peccata paralyticis in lectulo decubuit, quem Christus post triginta & octo annos à molestia liberavit, quem meditanter de origine aegritudinis monuit, dicens: Ecce sanus factus es: iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sane deterius: & cum iacerent immobilis, & prosterentur sic, surgentes comprehenderunt ac ligaverunt letum: quippe lapsi cupiebant duntaxat erigi, ut scelus possent latenter usque prosequi.

Ioan. 5. 14.

Unde relapsus periculum?

inmedicabilis: igitur ni sit archiater celestis, quanvis sit qui agrum liberet a diuturna infirmitate; non inveniatur, qui liberet, vel qui revocet a morte. Deterius erit. Ne sit ergo deterius, & gravior lapsus, iam amplius noli peccare. Non solum offendit pro salute regimen, sed etiam morbi demonstravit originem: etenim aegritudo plus a complicatione iniquitatum, quam ab intemperie oriebatur humorum.

Theoph.

7 Perpende verba Theophylacti: Qui priore supplicio non est emendatus, ad maiora tormenta servatur tanquam insensatus & contempnor. Aliquid singulare sano paralytico praestendit, cum nulli, etsi de emendatione monuerit, Ne deterius tibi aliquid contingat, dixerit. Prorsum. Aliqui dicunt ex Chrysolomo ( apud quem non inveni, quanvis etiam e suggestu audiverim) hunc paralyticum fuisse, qui coram Anna Pontifice dedit alamp Iesu. Inveni etiam Auditor libelli, Specula contra Iudeos, pluresque AA. asserentes non bona fide denunciasse Iudais, Christum fuisse, qui fecit eum sanum. Vide Gisland. hic quaest. 45. unde Maldonat. num. 39. subdit: Ille paralyticus corpore quidem sanatus fuerat, animo omnino sanatus non fuerat. Accusatione post ita ingens beneficium supposita, nihil mirum quod ab illo incussa alapa ostendit manus animi vulnus. Quicquid offendit, ut magis offendat, respuit ingratus. Christique faciem percussit, quem propter gratiam collatam apud inimicos accusavit; quoniam si torquet peccus venenum ingratitudinis, nil plus dignatum offendit, quam facies benefactoris. Quo sine ac intuitu huiusmodi pervicacia, videbimus late moraliter & politice Tautolog. 7. Didasc. 4. num. 17.

Ingratitudo Paralytici.

Ioan. 18. 22

Maldon.

Cur Christi facies percussa est a Iudeo?

Amor Christi pro erectione peccatoris.

8 Modò perscrutabimur medici & aegrotantis articulum pro instructione morum. Hic in lectulo paralyti iacebat, cuius molestia triginta & octo annis laborabat. Vidit illum medicus & cognovit. Paralyticus peccato languit: diciturque illum Christus cognovisse, ut clarescent peccatoribus quanta momenta clementia: igitur cognovit aegrotum, quem ignorabat amicum. Peccatores Deus nescit; ut cognoscat, in penitentiam movet: patetque Christi clementia, dum in subsidium languentis ita commoveatur viscera; ut non solum cognoscat, quo langueat, sed quem ignorat: quandoquidem haud praeteribit languentem, quantumvis cognoverit peccatorem. Cognovit infirmum, dum aeger

nesciebat medicum, auctà gratià insignis benefactoris, ex nescientia recipientis; igitur Christus in salutem cognovit aegrotantem, cum ille ignoraret posse reverti in salutem. Accessit, iacere vidit, iacentem cognovit; & ne iaceret accessit: siquidem ni clemens accessisset, languens sese non moveret. Altiora cogito. Sanè homo lapsus paralyti, ex veneno serpentis sine remedio iaceret, ni Filius Dei ad hominem languidum de caelo in salutem accessisset. Hinc etsi peccato languit, non dicitur quod peccatum, sed quod hominem vidisset. Si vidisset malitiam, ex qua languor; iustitiae propter offensam excitaretur furor, qui expulsi è paradyso: tracto à serpente per genus humanum morbo: vidissetque dicitur hominem, esse peccato languentem; quoniam ut levaret, minime attendit in transgressoris audaciam, sed in languorem vocantem misericordiam. In iacente erat iniquitas, qua languerebat; & etiam erat humanitas, quam amabat. Utrumque vidit, sed non utrumque respexit: equidem ut fulgeret charitas, quae è sinu Patris descendit in terras; etsi iniquum, vidit hominem; & illam non, qua iacebat, serpentem iniquitatem.

Homo surrexit, quia Filius Dei ad hominem venit.

9 Ergo accessit, languentique dixit: Vis sanus fieri? Quam plena mysterijs interrogatio! Vis sanus fieri? Quippe vis, iaces: ni voluisses, non iaceres. Vis sanus fieri? Sanus fies Iatim, modo velis. Sic enim iaces, quoniam vis iacere sic. Fac velis, & sanaberis: igitur si voluntate iaces, voluntate surges, cum conferat opem, qui respicit voluntatem. Vis sanus fieri? Extendam manum, si vis: equidem nulla in remedijs auxiliorum efficacitas, si aegrotò placet infirmitas. Iaces hucusque, quia sine me iacere voluisti criminum paralyti, atque scelerum languore. Sine me iacuisse, nec sine me surgere, quanvis velis: attamen fac velis, ut surgas, & cantes Domini misericordias: siquidem etsi promptum auxilium, ubi detestata peccatorum; illi in languore necessarium iacere, qui non vult surgere. Vis? Ne renuas salutem, habens in conspectu Salvatorem: igitur rogat Medicus, qui debet aegrotus; seroque erit penitudo, quae nulla, si venit serò; quoniam perpetuò languebis, si modò surgere nolis. Vis sanus fieri? Hominem habes, si vis. Magis te erigi cupio, quam tu: aeger iaces, nec verbum dicis, ut expellam languorem. Ore confessio fit ad salutem, & non cognoscis, quia aegrotus, quam altè iaces. Ut cognoscas, accedo, & simul ut

Ibid.

Nulla in remedijs efficacitas, si infirmo placeat infirmitas.

Amor Salvatoris in peccatore.

ceteris insit cogitatio, eò quod necessaria tota divina potentia, ut surgat homo, triginta & octo annos habens in infirmitata sua.

10 Adhuc later altius arcanum. Cur interrogat Medicus celestis voluntatem languentis in beneficium salutis; cum sub dubio videatur minime posse cadere, velle expediri à languore? Quia praecognoscebat corpus sanitati restituendum, sed non animum. Sepe datur à Deo hominibus pravis habitualis morbus, ut compescatur criminum habitus. Spondent torturà dolorum, si valeant, emendationem criminum: & laboranti paralyti languore, effatur, Vis sanus fieri; ut Dei in aegri languore cognoscat clementia, ac in voto salutis aegrotantis conditio falsa: igitur corpus optatam tenuit salutem; sed animus non recepit sanitatem. Vis sanus fieri? Quorū vis? Ut saneris mente, vel corpore? Cogita, recogita tecum. Ita peccare non potes. Aptius erit, si sit ita: igitur etsi iaceas gravi paralyseos languore; melius erit iacere, quam peccare. Cognosco figmentum, iuxta cognitionem subtraho, vel confero auxilium: priusque manum in subsidium contulissim, si proferatur cognoscerem. Vis sanus fieri? Sanctias & profundè cor, ubi fieri sanus vis: equidem sanari non vis, ut valeas, sed ut iterum corruas, quò iacebas, gliscente cordis audacià, & fugiente penitentia; quippe iterum praecipis ibis in peccatum, eò quod in primo lapsu tibi occurrerit auxilium. Gravaris infirmitate, & etiam gravis criminis: sanari vis, sed non immutare cor: siquidem in lapsu lapsum non sentis; nisi quia denuò peccare non potes. Iacebar tanto tempore aegerrima valetudine: cur igitur non illi dicitur: Vis surgere, sed vis sanus fieri? Cognovit mentem protervam, in crimen pronam, in voluptatem curvam, haud facilem dirigi nisi verbere, haud inclinari aptam nisi cruciaminum pondere: erectionemque Christus praetermittit, dum sanitatem exponit; quippe infirmus, sanus fieri nolebat, ut surgeret; sed ut peccare excusà aegritudine valeret. Concupiscit infirmus integras valetudinis vires, ut in penitentiam roborentur proposita cordis: verum evanescit utile omnino propositum, recuperatione virium: igitur si crimine in lectulo iacet, & surgere cupit; non optat surgere ut surgat, sed denuò ut iaceat. Ut in penitentium peccatores provocentur, illis languores à providentià immittuntur; ve-

rùm minime immittuntur; patente cordis intento ex valetudinis voto: equidem restituta valetudine non fugiunt in criminum penitentiam, sed in ampliorem iniquitatum audaciam.

11 In Paralytico claret, quicquid aegris delinquentibus saepe apius contingit. Cognoscunt diuturnitate temporis, vivacitate cruciaminis, quam amarum dereliquisse Dominum; veniamque criminum petunt, proponentes in futuram vitae renovationem, modò obtulerint salutem; quoniam in lecto iacentes nihil facere queunt pro expressione penitentium, cum vellent erigi in pedes infirmitate fugata, ut cordis paterent vota, & actum respicientia. Immobiles iacent in erectionem: salutemque petunt, ceterum non in salutem: siquidem haud sani fieri volunt, ut à criminibus surgant; sed ut in maiora cadant. Vide. Vis sanus fieri? paralytico dicitur. Vult. Ecce sanus factus es. Verum quid? Quia in pedes erectus; valuit & animus? Nullo modo: igitur simulatae salutem accepit, benefactorem apud inimicos accusavit. In praesenti articulo notandum, quare, quis esset Christus non dixit, dum surgere è lectulo paralyticum iussit. Confert benignissimè gratiam, & subtrahit dignato benefacientis noticiam? Urique, ut simul subtraheret occasionem peccati maligno atque pravo cordi, sine ulla vitae aeternae penititudine, imò perspicua malitià, qua tabescebant praecordia: quandoquidem illicò medicum coram inimicis accusavit, ut Iesum esse cognovit. Cautio à medico facta, ceterum omnino oblita. Sanus factus est, quod cupiebat, sed in crimen; ostendens quo animo optaverat sanitatem. Quia deliquit, iacuit: obtenta corporis salus, sed in deterius: igitur ausus, non solum salutis largitorum accusare, sed usque in faciem percutere. Sicut in paralytico ostendit detestanda ingratitudo; aequè in Christo demonstratur erga homines gratia, & innata ac mirabilis propensio: quandoquidem contulit benignissimè salutem, quem cognovit percussurum etiam in faciem. Magnum profectò beneficium, ubi peccus cognoscitur fuisse ingratus; verum maius, ubi praecognoscitur futurum. Christus venit, ut gratijs etiam ingratos alliceret: & cum amor ampliorem flammam ostendat demonstrationem, dum beneficijs superat hominum ingratitudinem: contulit libenter paralytico gratiam, etiam cognoscens ex illa fabricaturum iniuriam. Verum hoc alibi.

Intermissio languoris poena, iteratus culpa.

Ingratitudinis indicia.

Christus vult ingratis auxiliatur.

12 Ne paralyticus excusationem de peccato haberet, ab agritudine molesta liberavit, ut tempus impenderet in suspirijs, quod terebat in sollicitudine libertatis a gravitate languoris. Ne iaceret sic: ecce sanus factus est: atamen deterior iacuit, qui surrexit. *Iam noli peccare (illi dicitur) ne deterius tibi aliquid contingat.*

Sine proposito emendationis anime sanitas gravior infirmitas.

Tibi. Cur nulli dixit huiusmodi verba, cum tot liberasset a languorum iniuria, que quidem etiam ab iniquitate contracta? Ut pateret discrimen propositi paralytici in cupita sanitate, & aliorum languentium, quibus contulit auxilium: dicitque meditantur: Ne tibi aliquid deterius contingat, ut relabi gravius caveat: equidem si aliorum propositum, valere in Dei servitute; paralytici duntaxat valere in iniquitatem. Accircò optioni datur, *Vis sanus fieri?* Sanus esses, ni fieri cuperes sanus. Sanitas anima erat in infirmitate corporis, valetudo in virtute infirmitatis: igitur melius esset in lectulo iacere, quam obtentã valetudine peccare, datã occasione in precipitium, dum pectus in crimen pronum, quod anxie fatagit movere pedem, non in odium sed crimen. *Vis sanus fieri?* Velle non nollis. Si vis, surge. Rectius stas, ubi iacens. Vis? Securior sanitas, si absistit propria voluntas. Vis? Non fies sanus, etsi sanus fies. Ut gauderes sanitate, velle oportebat meum velle. Surge, sed cave: equidem suspiciosa gratia in elargitione muneris, dum voluntas Dei aptatur voluntati peccatoris. Dicere debebat, quod Paulus: *Domine, quid me vis faceret* etiam dum dicebatur: *Vis sanus fieri.* Nocuitor sanè affectus a propria voluntate, quam ab agritudine. Nesciunt homines quid in salutem petant, ubi infirmitate laborant: quandoquidem optant recipere beneficium, & in iugulum abusione gratiarum arripiunt gladium. Dicemus fusè *Didasc. 6.*

Act. 9. 6.

Malum si gnium, peccatori permittit cordis gravi desiderium.

Iacet, nec iacere sensit.

13 Unde huiusmodi cecitas ex peccato in peccatum, disquisitione dignum. Si cognoscunt propter peccata iacere, quare in ampliora peccata percipiunt surgere? Non cognoscunt, & cognoscunt. Cognoscunt iacere in lecto, sed fugit causã cognitio; igitur & cadentes ignorant, quomodo iaceant. Qui scit iacere, & ubi iacet, surgere intendit, ruina tædet, causã piget. Qui quomodo iacet, nescit; in erectionem medicinam non inquit, sed languor placet habito languore pro salute, obdurato corde, traductã mente; quin ruinam caveat, quanvis perire cognoscat: siquidem vel languidus parvi ducit, quod iterum cadat, qui

femel occidit. Unde peccatores minimè nisi in iniquitatem, surgunt; quippe iacere iacentes vel cognoscendo non sentiunt. Illi, de quibus supra, quia comprehendere Salvatore cogitarunt, in terram enervati ceciderunt. Cognoverunt ergo comprehendendi virtutem, caterum enixè persecuti iniquitatem. *Comprehenderunt Iesum & ligaverunt eum.* Si propter impudentem audaciam corruunt in terram; quare denudò adorientur peccatum? Quia non tantum ceciderunt in terram, sed *retrosum.* Vide Salvatoris clementiam, etiam dum decrevit ruinam. Ita iacent; & iacentes ita, ni oculos clauderent, in celos profectò elevare possent; & dum satellites in terram Salvator projicit, spe venia lapsos erigit; etenim cadentes videntur celum propitium, quanvis viderent offensum.

Ioan. 18. 12

Vest. 6.

Quanta in illum Dei clementia

14 Caterum quid in reatum, vel in criminis molimen, quòd cadentes retrosum laberentur vel in faciem? Totum continuationis vel penitentie momentum. Positio ex lapsu corporis præ se ferebat dispositionem mentis. Qui antrosum cadit, cadere, & quò cadit, respicit: qui retrosum, præcepit ruit, sed quò cadit non cognoscit. Qui facie cadit, fatagit dolore lapsus, denudò non cadere; vel si cecidit, quoniam caspavit, surgere. Qui retrò, cadit, sed quò cecidit non videt: non videndo, periculum nescit, novum præceptum abdicat, igitur surgere non curat, ut surgat, & stare in pedes, nisi ut perficiat desideria cordis, in prærupta animi crimine stimulante, de quæ non poterit surgere. Unde qui voce Domini propter scelus prostrati, crimen è lapsu surgentes, sunt persecuti, perficientes meditata, quantumvis experta ruinã, & quippe cadentes propter crimina retrosum, cognitione non viderunt in discrimine relapsum. Lapsus datur, ut ex dolore cadens surgat in mentem, atque abominetur quod patitur crimen, fugiens animo culpam, saltem propter passam poenam: verum cum cadat retrò, serpit periculi oblivio: animusque nullo modo respicit; quoniam etiam in lapsu periculum non cognoscit.

Non renuit peccatum, si gnorum excidiosa periculum.

Speculum Laidis.

15 Nota quò pervenit genius malus, & quomodo salus collata in deterius. Laidem sefellit speculum. Vide Erasmus in *Apophth.* lib. 8. A tempore, & potius a luxuria speciositas trita, qua per Græciam totam plausa. Unde cum amatores declinare videret, speculum meditatò consulit. Se se aspexit, & se vidisse penituit. Turpe visum corpus: quid si obijceretur animus!

Es

Uveit.

Et cani flores, orientia lumina cana, Canaque que torquet spicula blandus amor.

Frontis marmor arans rugis nive tempora spargens.

Quid faceret femina proca de crystallo pridem blandiente, & modo respicientiam predicante? Quod contigit prædicatoribus vel mutè criminam turpidinem dicentibus; igitur imminet acerbitas persecutionis, modo occurrat tacitè leve lumen veritatis. Speculum confregit, verum respiciendo oblituit: etenim quæ semel respuit se videre deformem, vidit fractã crystallo geminatam fedditatem. Iterum fregit fracta, imaginum fastidiosa; ceterum magis ac magis multiplicata deformitatis figura: igitur in quolibet speculi fragmine obijciebatur, quod avertabatur turpe, sese claritate fallens, ac cognitione sedacens: siquidem aptius erat in respicientiam cognoscere se deformem, quam respuere crebris ictibus veritatis claritatem.

Veritas parit damno & odium.

Cur lex speculum? Plal. 18. 9.

Herm. Hug.

16 En speculum animi venudati sub peccato, atque inflexibilitatis in corde curvo. Speculum anime lex est. Ibi se respicit cor. Ibi cuncti clarent obiecti defectus, quippe *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*; fedditate cognita, ut convertatur anima. Plura diximus *Tautolog.* 2. b. 7.

Unaque que tumidum faceret verrucula clium,

Hec foret offensa causa putata tua.

Atque ita de minimis, audirer dicere mendis.

Eximeret vitium, factus ab arte decor.

Uti canit Hermann. Hugo lib. 2. Vol. 6.

Repunt ergo navi in peccora, sensim ac passim deformantes corda, ac implentes sedis omnino lituris imaginem speciosam Deitatis, in quorum emendationem exponitur legis speculum, ut ad illam aptetur, quicquid obijctur invenustum. Ita speculo censure quod corrigendum fulget; ne excusetur cor non esse, quod in penitentiam provocet: igitur ultra legem etiam immitte conscientiam, quæ demit oculis omnem caliginis umbram. Peccator literam videt. Respiscit? Nullo modo: speculum legis frangit. Quid illud? Adhuc illuminat, quippe geminum scelus consideratione obiectat, ex cuius representatione ita tacitè correctus furit, ita succenset, ut ubi imagine fedã intenditur correctio cordis, iterum perficiatur fractio legis, conceptã maiore audacia, unde sollicita-

Cur peccator eius cognoscens crimen non redit in mentem?

tur penitentia: fractis sanè repagulis iuris, ex cognitione anime deformitatis, quin respiscant, quantumvis turpidinem cognoscat. Cadunt, fauciantur, prosteruntur, verum cadentes periculum nostrum cognoscunt: quandoquidem furore mentis, atque cacitate cordis solummodò ex lapsu sollicitant erectionem, ut minucim iterum atque iterum frangant legem. Minime sanatur, dum valent; etenim cum conditio imbecillis, uti canit etiam Ethnicus 2. de Remed. v. 227.

Vulnus in antiquum rediit male firma Ovid. cicatrix.

DIDASCALIA IV.

In peccatis non summum malum cadere; sed iacere.

F Allitur Stoicus dicens *Epist. 4.* Nihilum malum quòd extremum est. Malum utique summum quod extremum malum; quandoquidem nihil ultra, si in malis videtur malorum extremum. At quod extremum malorum? Ipse dicat. *Omnia vitia insidunt* (id est, alte sedent) *nisi dum surgant, oppressa sint.* In se scientia ipsa acerbitate pasuntur, & fit insidiosa animi prava voluptas dolor. Ita loquitur de Consolat. ad Marciam, cap. 1. Vitia primum lancinant animum, insidentia admittunt sensum, ac sopiunt falsa dulcedine mentem, ne cognoscat gravi punctione dolorem: igitur vitium malum; claret malum extremum, & extremum malorum, ubi blanditur doloris acerbitas, atque recipitur ex dolore voluptas. *Errone deceptus:* dicitur a Moyse in cautionem, ut Israël averfaretur crimem. Quorsum vocum geminatio, ubi nulla sine errore deceptio? Errans peccato decipitur; sed non dicitur in errore deceptus, error modò cognoscatur: error malum est, cum deceptio verò extremum malum: iungiturque errori noxæ deceptio; ut pateat extremum malum: quandoquidem malorum, ac miserandã deceptiois extremum; sic criminibus errare, ac in errore manere. Clarius. Qui peccando errat, languore criminis concidit. Qui decipitur, errans in errore iacet: & in errore pro summo malo signatur prava deceptio errare; quia in peccatis non summum malum, cadere; sed iacere: igitur alte crimina corde fedent.

Senecæ

Criminis gravitas, ubi ex crimine volu. prai.

Deut. 4. 19.

Malum error, in errore manere.

si vitia placent. Cadunt frequenter peccatores, errantes in latas leges: exterum non decipiuntur foventes errorem, ipso errore pulsante lapsum cor in penitundinem: iacent qui errore voluntarie decepti, quia passuntur voluptuose dolorum acerbitate: gaudent tormento, exultant cruciati; sed male habent, ubi dolentes non dolent: equidem noscant errorem deceptione usque in viscera serpentem, verum ignorant latitantem deceptionem.

*Peius, errorem in errore non cognoscere.*

Math. 8. 7.

2. Occurrit lapsus pueri Centurionis, cui roganti a Salvatore auxilium, dixit: *Ego veniam, & curabo eum*: igitur ni ille veniret; aeger perpetuo iaceret; indicata virulentia infirmitatis, ubi necessaria indicatur presentia Saluatoris; quoniam desperata ita languentibus salus, ni adveniat in salutem & totus Deus. Vernaenle: *Desperacion es sine salutē, si no viene al remedio todo un Dios*. Morbus, quo afflictabatur, paralysis erat; ob quam laxatione nervorum, impedita facultate influxus spirituum animalium, neque sensum habebat neque motum. Confule Manget in *Bibliothec. Medicor. pract.* lib. 14. Nihil mirum, si ita premitur, quod male torquetur. *Puer meus* (inquit Centurio) *iacet in domo paralyticus, & male torquetur*. Quavis vivit, vivit aegre, imo vivit ipsa morte. Etenim vivit,

*Quid paralyticus?*

Verf. 6.

*Mens tamen agra iacet: nec tempore robora sumpfit: Affectusque animi, qui fuit ante, manet.*

Ovid.

In hacce dira corporis paralyti, elucet descriptio crimine iacentis animae. *Sana vit Dominus, quos nemo curaret*: ait Ambrosius *Epist.* 75. Gravis profecto aegritudo, ubi hominibus videtur impossibilis erectio: claretque iacentis in perditionem periculum, si in sanitatem necessarium miraculum. Nervi, queis virtus derivatur in natura operationes rationales, sunt praescripta a caelo leges, demonstrantes animae sanitatem, atque contractum transgressione languorem. Parvipenditur prima nervorum laxatio: sitque paulatim totius virtutis spiritus resolutio: laborante animae deplorata paralyti, ex legum proculcatarum interna relaxatione.

Ambros.

*Ex laxatione oritur relaxatio.*

3. Exprimuntur vivide in languore corporis, quicquid contigit animae tormento criminis. *Iacet paralyticus, & male torquetur*: Torquetur anima, gravata culpa: & torquetur male, si languens laborat paralyti: etenim si cadere in morbum, malum; languere paralyti, malum extremum;

*Languens desperatus, ubi abesse sensus videtur.*

quoniam in erectionem nec sensum habet, nec motum. Ita in lectulum paralyticus prostratus: & dicitur male tortus; ut cognoscat homo, quam difficile surgere, ex quo decrevit anima criminibus mancipari: igitur si iacere fecat spem erectionis, & labi indicat possibilem restitutionem salutis; haud male patitur, quia ceciderat, sed quia peius quam ceciderat, iacebat. Patitur illicet penam, qui amplectitur culpam.

*Culpam poena premit comes.*

*Et peccare nefas, aut pretium est mori.*

Uti accinit Horatius lib. 3. *Carmin.* Od. 24. v. 24. & lib. 4. Od. 5. v. 24. Sic labitur: qui iacet lapsus, patitur & male torquetur; quoniam in lapsu & ex lapsu moritur: errat simul, & errore decipitur: quandoquidem ita sine sensu iacet, quasi in morte non iaceret. *Quasi cadaver in lecto*: subdit Alapide hic. Statum desperatum languentis ostendit, dum ita in lectulo iacet. Sensu excitatur animus, ut in meliora furgat; & erroris, quo decumbit, resistit: nullaque datur respicientia, quantumvis gravis instet criminis rortura; quoniam proculbit in gravissimo morbo, ut cadaver sine sensu. Iacet ut iaceat, quin dolor moveat, nec aegritudo displiceat; frustrato voris medico, & pravalet morbo; fractis viribus, intermissa virtute, validis symptomatibus, inani spirituum facultate, quorum presentia restauranda vita: quare iacet desperata; quippequam inefficax vel coeleste remedium, dum agrotus non habet nec levem motum.

Horat.

Alapide.

*Non potest surgere, qui in peccato vult iacere.*

4. *Ego veniam & curabo eum*: dicit archiatr. divinus. Illunc medicum exposcebat morbus. Sanavit, quod nullus praefer illam fecisset: igitur cui iacet in morbo; necesse omnino, quod medicus sit de caelo. Invenit non solum lapsum, sed iacentem; nullam ad pharmaca habentem ex spiritu virtutem: unde omnino impossibilis sanitas, ubi non est in infirmo vel ad remedia facultas. Labitur vulnere anima, fauciente noxa: iacet, si putrida vulnera. Putrescunt, quando faucia dolorem non sentit: unde irrevocabiler deplorata in morte iacet; quippe non potest sanari a vulnere, sine vulnere dolore. Expressit Evangelicus Vates spem salutis & persistentiam languoris, dicens: *Dolens clamat in doloribus suis*. Sententia illustris, in demonstrationem charitatis Saluatoris: quandoquidem clamat, quoniam non clamat, qui agrotat. Clamat agrotans, ubi displicet infirmitas, movetque magis dolor cordis,

Ubi supr.

*Nec vulnus sanatur: si non est dolor.*

Isai. 26. 17.

*Dolor iniquitatis sine prolatione nullius.*

*Ubi infirmitas placet, languens non dolet.*

Senec.

*Vulnera recitantur sanabilia.*

Ovid.

S. Benedic.

dis, quam dolor in corde ex acerbitate infirmitatis: silet ubi iacet insensatus, vel gravissime tortus: igitur omnino perit, qui languens ita in doloribus non dolet. Dolor ex peccato manat: necessarium non solum quod peccati doleat; sed quod ex dolore clamet, ut dolorem pietas indulgentia mitiget: quandoquidem nullam etiam dolens obtinebit auxilium, ni per confessionem clamet ex dolore peccatum. *Dolens in doloribus suis*. Hic est agrotus. Est qui doleat de doloribus alienis: hic est singularis medicus: & Christus ut medicus singularis mittit dolorem, ut agrotus naufragatur sanitatem; igitur nullum proderit iacenti praestantissimum pharmacum, ni habuerit in dolorem motum & sensum. Si non movetur, bene se arbitratur habere. Si non sentit, non cognoscit agrotare. Valere censet, ubi miserime iacet. Hoc dicit Christus, de quo non dolet agrotus: equidem immedicabilis, ubi dolens non dolet in doloribus suis. Putrida signat medicus vulnera, dum sine sensu praecordia, & cor immotum, ubi grassatur venenum: quandoquidem nullam poterit obtinere salutem, ubi agrotus ex dolore accepit voluptatem.

5. Principijs obstandum est, ut sit sanabile vulnus. *Cupissem* (inquit Seneca ubi supr.) *primis temporibus ad istam curationem accedere: levior medicina fuisset oriens adbus restringenda vis: vehementius contra inveterata pugnandum est. Ubi corrupta in malum ulcus verterunt, difficilius curantur*: equidem validior vis morbi virtute naturae; cum ita languentes iaceant, ut doloribus non doleant; in quem quidem statum minime pervenissent, si in initio vulneris carcinomati obstarent, decepti levi pro suo iudicio punctura, cum virus proferperet in praecordia, inolecente sensum veneno, atque corde ita prostrato, ut non solum de vulnere non doleant, sed neque dolere queant; igitur propter infensibilitatem, vel morientes iacent incapaces ad dolorem.

6. *Opprime, dum nova sunt subditi mala femina morbi*. Inquit Ovidius 1. de *Remed.* v. 81. Fit ergo tempore vulnus immedicabile, quod in initio patuit parvi momenti: liquidem anima languida nec male torqueretur, nec male iaceret; si cuspidis criminis cito se fauciam sensisset. Monet SS. Patriarcha Benedictus *Regul. Sanct.* c. 2. *Ante omnia ne dissimulans aut parvipendens salutem animarum*. Male laborat, qui plagam

cordis dissimulat: igitur quae neglecta ob parvitatem, est scissura inferens anima mortem. Etenim plaga lethalis; utriusque efficacia, modo cito exhiberetur medicina: verum quia defes parvipendit agrotus; apparuit, dum sensit, lethalis vulnus, quo moribundus iacet, quippe non sensit.

*Unde lethalia?*

6. *Casus tuus insanabilis in mortem*: dicit Siracides. In mortem sane si insanabilis: at cur in mortem? Quia sero adhibitum medicamen: igitur patuit, quod neglectum lethale virus, ubi in agrotus sensus. Casus in mortem non erat, quoniam statim adhibito medicamine, cor expeditur a languore; verum in mortem sensum factus insanabilis ictus, quoniam ex casu nec levis dolor conceptus. Cecidit, sed non sensit cecidisse, facto vulnere interno, ex levi casu: in mortemque languens interne faucius, insanabilis incurrit; quippe cadens ex lapsu sese fauciatum non sensit. Primo fuit casus, non vulnus. Ex vulnere iacuit, ex casu vulneratus statim corruit: lapsus uti inanem dissimulans parvipendit: tetenditque lapsus futilis in mortem, quoniam qui faucius cogitavit levem; quoniam etiam sensit lapsum, non sensit vulnus internum. Ex languore malum extremum cognoscitur: & languens male torquetur; non quia casu ruit, sed quoniam in ruina iacet: igitur in iacente gliscit in mortem insanabilis languor, ubi ex dolore vulneris nullus dolor, putrido sensum vulnere, & insensibili corde.

Ecclesi. 2. 6. 30.

*Male lapsus, si non notus: ex illoque conficitur vulnus.*

7. Modo intelliges Ieremiam. *Quid clamas* (dicebat populo faucio) *super contributione tua? Insanabilis est dolor tuus*. Ex corporis vulnere deducenda metaphora in vulnus animae. Non dicit: *Insanabile vulnus, sed insanabilis dolor*. Dolor utique animae ex peccati insicito vulnere: dolor est vulneris medicina; crimen, ex quo dolor, plaga: cur ergo dolor insanabilis signatur, si debet signari insanabile vulnus? Quia non ita grave periculum ex vulnere, quam ex dolore. Ex vulnere peccati languet anima: dolor vulneris infirmitat pro medicina: diciturque insanabilis dolor, quo animae levatur languor; quoniam datum dolorem in medicamen ut furgat, habet duntaxat ut iaceat, iacendo immota manet & insensibilis: unde dolor ex vulnere immedicabilis; quia cogitat dolorem habere ex vulnere, ubi non potest ullum dolorem habere. Dolorem debet habere dum corruit: impossibilis, dum iacet: per lapsus non cognitum infirmitatem, incidit in

Ier. 30. 15.

*Quando parvum malum ex dolore, quam ex vulnere?*

paralyfim : quare dolorem non habet, quia insensibilis non dolet: dicitque Propheta insanabilem dolorem, dum dolor necessarius in salutem; quoniam dolor gravi laborat infirmitate, modò procedat ab insensibili corde. Dolor exprimitur, ubi de cordis contritione agitur. Clamat pro contritione icetus, sed irridetur. *Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor.*

Penitentia suspiciosa.

An quia inanes fructus penitentia, ubi dolor conceptus indiget alio dolore? Alius est sanabilis, alius insanabilis: insanabilis, si dolet ob infirmitatem, & nequaquam propter crimen, quippe non habet ullam cordis contritionem. Sanabilis, ubi doloris revocatur error, ac ex Dei offensa concipitur dolor: dolorque populi dura cervicis dicitur insanabilis; quia doluit semper de dolore quem sustinuit, & nunquam dolens de dolore doluit.

8 Altior, ni fallor, connexio inter dolorem insanabilem, & cupitam à populo contritionem. Latet hic peccatoris de anima salute negligentia, & simul divina pietatis vana ac inutilis fiducia. Super contritione clamat, verumtamen cor non mutat. Ita clamans iacet, sed vel iacendo non dolet: & ubi non clamat dolor, cassus omnino contritionis clamor: e quidem si iacens non dolet, & agrotus misere in peccato iacet, contritioneque surgit; desperabitur salute, quippe nulla contritio sine dolore. Paralyti laborabat populus, & iacuit lapsus, construens quo quiesceret lectulum, ex spinis in peccatum: & ubi pro contritione clamat, graviore utique infirmitate laborat, quia gravis infirmitas, sollicitate ex peccatis contritionem, atque pungentibus simul, habere quietem. Senes sunt crimina, quibus excitatur anima: negatque gravari dolore, quæ inter vepres vult dormire: igitur caret prorsus sensibilitate, quiescit, hirsuto spinis peccato, quasi dormit in lecto. Contritio fallax, ubi dolor inefficax, laborante anima paralyti, præ cordis dura insensibilitate: igitur etiam clamans contritione non percutitur, qui in dolorem non movetur. Vellet peccator surgere, volens iacere. Vellet, quin in salutem moveretur, nisi à Deo motus: vellet, quod rotum faceret Deus: verum miseris fallitur, quoniam nequit moveri, si non movetur: e quidem nulla contritio, ubi cordis non micat ulla conversio. *Nunc quoque præsidium Latio non deesse Olympi.*

Nulla contritio, ubi nulla conversio.

Claudian.

*Deficeret si nostra manus: sed providus æther.*

*Noluit humano titulos asferre labori.*  
Dixit aliò vel Ethnicus de 6. *Consulat, Honorij*, vers. 351. Cooperandum est divino auxilio, quo dormiens ager excitatur, ut surgat: tunc verè super contritione clamat, & est sanabilis dolor, simulque languor, Deo conferente gratiam, & peccatore contrito apponente penitentiam. Sine illo nihil possumus facere: sed noluit humano titulos auferre labori; igitur etiam tantus, nullus, deficit si nostra manus: quippe qui querit ex contritione salutem, apponere debet saltem aliquem dolorem.

9 Amoris effulurat speciositas, ubi ordinatur charitas: Christusque Thomæ incredulo demonstrans charitatem; quem habet, exprèsit erga peccatorem, ordinem. Non credidit gloriosum, quem sciebat crucifixum. Vulnerum alium (quia placebat vulnerum) ex incredulitate contraxit, neque pro medicamine fidem aliorum adhibere voluit; signans vividè oblationem peccatorum, de vulneribus habitum: siquidem potius eligit in errore persistere, quam alijs credere. Motus Dominus super cæcitatem cordis illius, illi apparere dignatus, ostendens vulnera facta, ut sanaret Thomæ vulnera: equidem illius amor, mortem patiens, illa sumpsit, ut vulnera cordis nostri suis vulneribus sanaret. *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius; non credam.* Plura de huiusmodi voto dixi *Tom. 3. Tautol. 4. Didasc. 5.* aliquid amplius discutiendum occurrit. Gloriosus & cum vulneribus? Quorsum vulnera cum immortalis gloria? Illi data cunctorum potestate, superior apparuit Apostolici Collegij, in quo pro conditione cuiusque sententia variz, singulorum affectione; quin gravius esset, quod alij crederent gloriam, alij non crederent, quantumvis signa etiam vulnerum radiarent; sed quod esset necessarium ut crederetur gloriosus, quod appareret plagatus. Subditis non per subditos plagatus apparuit, quorum fidei experientiam ipsa presentia compescuit: igitur Superioris nolant agnoscere glorias, nisi per plagas. Dolorem excitant etiam vulnerum signa, sed ab incredulis etiam increpatis æstimatur uti gloria: quippequam tunc illis magis videtur gloriosus, ubi ab illis apparet vulneratus: plaudunt igitur postiores glorias, verum post plagas. *Nisi videro fixuram clavorum, non credam:* dicit Thomas fide cadens, in quo si subditi prænotantur rebelles, quibus avertit Præ-

Christi vulnera medicamina.

Ioan. 20. 23.

Quid pro gloria habebant subditi rebelles?

lati displicet gloria, & conantur duntaxat videre vulnera.

Tavenc.

*Nec pariter cunctis tamen fundata manebat*  
*Peccatoribus virtus, nam pars dubitabat eorum.*

Accinit Iuencus lib. 4. *Evang. Histor.* v. 791. Habent enim Superiorem, non ut gloriosum colant, sed ut gloriosum percuciant, gaudentes de vulnerum signis, vel vulneribus gloriosis: etenim parvipendunt, quod gloriosa, modò sint vulnera; quoniam iam rimam habet perfidia intentum, si apparuit ad notam vulneris saltem vestigium.

Verf. 27.

10 Vulneratus erat Thomas, videre cupiens Superioris plagas: & quanvis per vulnera vulnerati conditio, voluit tamen medicari faucio. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & asser manum tuam, & mitte in latus meum:* dixit Salvator; & *Sedulius lib. 5. Carm. v. 383.*

Sedul.

*Non designatus apertum*  
*Discipulo monstrare latus: tactuque probari*  
*Vulneris, & mentem patienter ferre labentis.*  
*Agnitus sine potius, quod sit dubitantis amicus.*

Faciemus gloria, qua ingrata inimico gratia.

Astruit sane illustrem peccatoris charitatem, habere fidem erga non habentem: igitur gloriosum facinus, amicum esse eius qui non est amicus; quippe amplissimam parit gloriam, conferre ingrato atque inimico gratiam. *Agnitus sine potius:* sed unde agnitus? Observa. Quæcumque Thomas poposcit, illi libenter Christus concessit. Gloriosum videre vult, & coram illo gloriosus stat. Mittere manum in loca clavorum; & iubetur ibi mittere manum: tangere latus Superioris optat, & permittitur quod mittat. Iam opera & pectus, amoris situm, Prælati cognovit: cur igitur videre pedes non cupit, quæ indicant Superioris gressum in regimine, & quomodo sese gerat auctoritate? Vigilantius Hispanice: *Como no mira los pies, indicios del proceder, y porte de un Superior?* Manus & latus ostendit Christus: agnitus hinc potius: Thomæ verò non vult amplius. Ampliora videnda, quippe sunt ampliora. In illa oculos collimet attentio: nullo modo, non utcumque, sed perforatas demonstrat subdito manus, non clausum ostendit pectus: ad quid pedes, pro cognitione gloriæ Superioris? Quid ergo amplius de tenore Superioris scrutandum, si perforatæ patent oculis manus, & etiam

Claret gloria Superioris, amore & gratia.

pectus apertum? Vernaculè: *Quæ mas se ha de saber del proceder de un Prælado, mirandole con las manos rasgadas, y el pecho abierto?* Per perforatas manus signantur gratiarum profusiones: per latus pervium amoris pretiositates: & quanvis pedes portendant in regimine gressus; non desideratur amplius. Agnitus hinc potius: igitur plene Superior gloriosissimus cognoscitur per gratiarum generositate, atque pectoris amorem. Minime Thomas; *Urivur, & sterilem sperando nutrit amorem.*

Ovid.

Cap. 24. 372.

Lucas asserit ostendisse reliquis discipulis Dominum pedes, quos Thomas videre noluit. Vidit manus & latus. Quid ulterius? Iam illi nota gloria, qua non plus ultra: siquidem per manus copiose egressa sunt gratia, patulo corde, referato pectore, percusso latere.

Renit fallentem, qui renit operationem.

Cap. 19. 34.

12 Modò contempletur quomodò vocavit errantem discipulum, in Didascalia propositum. Curanda in Thomæ vulnera mentis, & prænotandus etiam modus in conversione peccatoris, ut conquireretur gratiam Domini sanantem, quisquis per aversionem passus culpæ languorem. Aperto latere ut contritum recipiat, Salvator promptus stat: cur igitur alloquitur faucio Thomæ, *Infer digitum tuum huc?* Sanari nequibat incredulus, quin digitus inferretur in latus? Poterat in mentem restitui, sed sine illa actione medicus noluit; ut quilibet languens sanari disceret: e quidem vel ex latere aperto nullam adipiscetur pietatem, in salutem quisquis renit aliquam operationem. Hinc pro vulnerum medicina, aperto latere *continuo exivit sanguis & aqua:* igitur si medicus in auxilium sanguinem habet pretiosum: præ dolore languens gemens aquam debet exhibere lachrymarum, quin gravetur ægrotus, dum expensas facit medicus: quippequam parum exigitur ex lachrymis in salutem; ubi medicus perfundit totius pro medicina corporis sanguinem. Iacet qui peccat: haud sanari poterit, ni se moveat. Restitui debet in Salvatoris latus, à quo peccamine expulsum. Apertum habet in deviantium receptionem & fauciorum medicamen: digitumque movere in latus inferendum mandat ægrotò, ut clareat pro vulnerum medicamine, conversio: etenim nulla, dum optant ægri Salvatoris habere pectus apertum; quin velint in salutem movere digitum. Digiti motus signat facilitatem actionis, & hic propensionem Dei in be-

Tis & premium lachrymarum.

Facilis cor-  
dis in peccati-  
tudinem usa  
tui Salva-  
toris referat  
pectus.

neficia pietatis: non vult peccatoris mor-  
tem, sed animarum salutem, pro quibus  
Salvator in pretium effudit sanguinem. Fa-  
cillimam medicinam amor insuluit, ne  
præ difficultate facilius recederet: igitur  
salus obviat pectore aperto, vel levi digi-  
ti motu. Falluntur homines spe salutis,  
dum vulnerati sedent, atque sine motu ia-  
cent, quasi totum à medico, atque nihil  
ab ægrotato. Onus est utriusque; quod fert  
amor cum patientia Salvatoris, & non fer-  
runt ægrotantes: siquidem impendio fan-  
guinis ubi consulit sanare; cordis onera  
nec digito volunt in gratiam movere.

Vulnera  
Christi pa-  
tenti misto  
peccatoris.

13 Uterius. Insuper digitum tuum huc,  
& vide manus meas. Modò manum ex-  
tenderis, salutem invenies vulneris. Ma-  
num extendes inancem in gratias; sed præ  
amore videbis & manus meas, quæ signis  
vulnerum micant, ubi crimina manum ex-  
tendendis gravant: equidem si extenderis  
manum, vulnera invenies in pretium. Ma-  
nus peccatoris movet me, si movetur ma-  
nus peccatoris, aperto corde pro specimine  
clementia: ut spem concipias à corde  
amovendis plagis; vide, & vide manus  
meas: in quibus non tantum adipisceris  
auxilium in erectionem, sed etiam vulne-  
ra in vulnerum sanitatem. Affer manum  
tuam & mitte in latus meum. Latus est  
thronus amoris, qui gratiæ fatagit pro me-  
dicina languentis. Manum infer, rete mo-  
ve; quippe amor motum expectat, ut gra-  
tiam conferat, quæ quidem medicamine  
caret sine ulla actione. Manu & in latus  
mitte: etenim si pro gratia proclive exten-  
deris manum; cor in pectore flagrans  
ostendet se apertum. Haud impossibili-  
lia iubet, qui hominem saluti consulit.  
Plene confert, ad quid ægrotus non valet.  
Hydropicum Christum apprehensum sana-  
vit eum. Sese movere non quibat: move-  
re manum discipulus poterat: huncque iu-  
bet manum movere, pro nanciscenda salu-  
te; ut faciat quod possit, dum hydropi-  
cus nihil profectò facere valet: igitur in  
gratiam summam sanè beneficium, quod  
manus detur extendenti manum.

Et ad offe-  
sa iavanti.

Luc. 4.

Tercet.

Si non fieri potest quod volo, velim quod  
fieri possit.  
Dicitur à Comico in *Eunuch.* Act. 3. scen.  
1. v. 12. Intendit Christus in facultatem  
ægroti, ut possit consulere sanitati. In alijs  
respicit voluntatem, in alijs operationem:  
in alijs votum intentum, in alijs motum,  
datis auxilijs pro facultate virium; verum  
semper prompta gratia innarà misericordi-  
dià: quandoquidem si Thoma moventi

manum statim auxilium contulit; eum qui  
moveri nequibat, ut moveretur, apprehen-  
dit. Regnum celorum vim patitur:  
aliquid faciendum propter regnum celo-  
rum, in quo summa felicitatis, cuius ad-  
ytus latus Salvatoris, pervio pectore volen-  
tibus ingredi: mittereque manum in latus  
præcipit Thomæ; ut post mentis vulnerum  
obviam salutem, consequatur perfectam  
felicitatem: igitur fatuitas manu posse ap-  
prehendere cælum, & habere otiosam pro  
beatitudine manum. Dialecto nostra: *Es  
necedad, querer que Dios lo baga todo; y à  
quien lo importa esâr mano sobre mano.*  
Minimè invenit Salvatoris latus, qui la-  
psus iacet ad cretionem immotus.

Non ino-  
met Christi  
latus, qui  
iact inno-  
tuit.

Preterois  
nec miracu-  
la presunt.

Ioan. 6. 1.

Gratiam ad  
adipiscitur,  
qui non uno-  
vetur.

Prov. 11. 21

dam

Qui sic stat,  
stabit profu-  
tâ sic.

Lucan.

DIDASCALIA V.

Perpera sententia, ubi iuxta  
affectum indicis, & non ad  
tenorem legis.

I Us est, iuxta Senecam *Epist.* 107.  
non quod omnia faciunt, sed  
quod latum omnibus, ut omnibus æquum.  
Quapropter quicquid deviat ab æquitate,  
deviat à iure.

Horat.

Deut. 4. 19.

Mali ex-  
minas veri  
index cor-  
ruptus.

Prov. 11. 31

Ioan. 18. 33

— Male verum examinat omnis  
Corruptus iudex.

Ait Horatius lib. 2. *Satyr.* 2. vers. 8. equi-  
dem ratione præoccupata, curvæque iusti-  
tix virgæ nequaquam sequitur legem, sed  
iudicij corruptionem. Error exponitur à  
Moyle cum deceptione. *Ne errore decep-  
tus* ait. Errat simul, & decipitur, ubi iu-  
dicium sine causæ nec iuris cognitione à iu-  
dicante profertur. Errat iudex, dum de-  
clinat à lege; decipitur, ubi intelligit ali-  
ter decretum à iure: unaque exponuntur  
error mentis & voluntaria in errore de-  
ceptio; quoniam corruptus in proferendo  
iudicio, cui vult & quomodo favet, con-  
tra quam legem cognoscit. *Non erit inno-  
cens malus*: dicitur à Salomone. Innocens  
sine culpa: pessimus sine innocentia: quo  
igitur iure uti innocens declarabitur ma-  
lus? Iure iudicis affectus; etenim licet sce-  
lera clament, atque iustitiam in demerita  
insistent; ita volvitur ambitus velamine  
causa, ut appareat innocentia: quippe-  
quàm corruptis moribus, ac fractis legi-  
bus, quem uti pessimum tollere debet in  
cruentem, dimittit ut innocenter.

2 Vincit erat, cum Christi ageretur  
causa, quidam nomine Barabbas, quippe  
latro & homicida. Tunc visa felicitas vi-  
torum, atque depressio virtutum: equi-  
dem ubi in Christo fulgebat cognita vel  
ab inimicis innocentia; famosa cunctis fla-  
gitijs scelesti latronis vita corrupta. Iuxta  
consuetudinem gentis dimittebatur erat  
impunis unus è vincis. Hinc audacia im-  
proborum usque ad difficilia sceleris, spe  
futuri favoris; ubi perversum iudicium

igitur in discussione causarum, sententia  
nequaquam ferebatur iuxta legem, sed  
iuxta gentis flagitiosæ consuetudinem. Ita  
ab accusatoribus innocentia lex ficta, de  
quo egimus *Tom.* 2. late. Ita etiam latro-  
ni impetrata venia: etenim quilibet iuxta  
gentis consuetudinem, peccandi habe-  
bat omnimodam libertatem. Arte Praefes  
proposuit pessimum, ut liberaret Christum,  
qui tanta illis beneficia contulerat, atque  
peccatum non noverat. Cogitatio fessellit  
intentionem, quoniam rei criminosos  
cognoverant innocentem: & ubi innocen-  
tia displicet, improbus tantum placebit;  
quippe affectione prava corrumpente iudi-  
cium, averfabuntur ex corde hominem de  
cælo lapsum: Perpende: *Non hunc, sed  
Barabbam.* In hoc intrabantur morum  
suorum vel fomitem, vel mulsicem: in  
Christo tacitam vel expressam scelerum re-  
prehensionem. Unus eligendus: uter ho-  
rum? Qui corrupelem libertate lactaret,  
non qui à cordibus arceret; indicante hu-  
iusmodi electione propositum meditatum  
corruptelæ: quandoquidem maligni præ-  
notantes morum normam; prius quam ho-  
minem iustum, eligent Barabbam. Cavet  
SS. Patriarcha, antesignanus Monachismi  
Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 64. *Prohi-  
beant pravorum prævalere consensum, &  
domus Dei dignum constituant.* Aperte op-  
ponuntur digni electio, ac in electione im-  
probatorum meditatio: igitur iuxta consen-  
sum pravorum nequaquam eligent dig-  
num. Intendunt ista malignitate ali-  
quid posse Superiori obijcere: illis officit  
non posse, ut possint vivere in lubita  
omnigena libertate: & ubi proponitur  
Christus vel Barabbas eligendus, facinoro-  
sus vel iustus; non hunc, sed Barabbam eli-  
gunt, in indulgentiam pravorum undique  
morum: etenim ratione non dubitante,  
uternam melior; ad pravorum consensum  
Barabbas aptior.

Criminali li-  
bertati, est  
transgredi-  
tium impu-  
nitas.

Affectio pra-  
va virtutem  
aversa.

Verf. 40.

Cur à possi-  
mis possim  
electio Super-  
rioris

S. Benedict.

Marc. 15.  
15.

Qui eligitur  
in factorem  
criminis, so-  
let esse fra-  
gellum.

pium

pius in flagellum electorum. *Dimisit illis Barabbam.* Et cognoscens scelorum artificem, audacem, homicidam, & latronem? Nulla profecto crimina, si accedit Principum gratia: equidem cum iudicium fiat iuxta placita Principum, non iuxta præscripta legum; dimittit uti iustum ac infontem, quem debebat statim tollere in crucem. Articulum utriusque causa indicat Lucas in Præside. *Dimisit illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant; Iesum autem tradidit voluntati eorum.* Iura debebat legere, iuxta allegata & probata iudicare: iustumque damnat, contra quem Principum furor; impiumque liberat, pro quo cunctorum magnatum favor; quoniam pro sententijs iuxta decreta legum, consulta causa præ voluntate magnatum. Sententia non fulminanda iuxta cæcæ voluntatem, sed iuxta liberam affectionibus rationem, et innocentie conferatur gloria, atque transgressorum poena, iudiciumque fiat secundum tenorem legum, & nequam iuxta lubitum faventium, aut criminantium. Quare ubi horum voluntas consuler, noxius absolvitur, innocensque damnatur; quippe cordis affectio, caret omnino iudicio, si que iuxta legem voluntatis, quod fieri congruit iuxta voluntatem legis.

4. Uterius. *Iesum tradidit voluntati eorum.* Secundum legem voluntatis eorum debet mori. Secundum voluntatem legis declaratur sine crimine. Hoccine iudex agnovit, intentionem principum criminantium introspexit; sed timuit displicere; ut reumque tradidit criminantium voluntati, ut pateret quam perversum iudicium ex voluntate ac proposito magnatum, ambitum sollicitate iudice vel dispensis innocentie: etenim si leve micat commodum, & præcogitatur lubitum; in tribunali decollatur iustitia, ac in patibulo suspenditur innocentia. Ex contextu claret. *Nullam invenio in eo causam,* dicit Pilatus: imò nec umbram. Quomodo causam super crucem posuit, si nullam Iudex invenit? Quia pridem decrevit ratio, postea Principum affectio. Verit, imò perverit iudicium rectum, ad iudicandum fieri petitionem eorum: iam ratio operata iniquitate ex magnatum affectione, quos sollicitabat in ambitum, ob gratiam Principum: causaque exponitur ubi nullam proficitur; quoniam sagax invenit ambicio causam, quò nuda ratio nec invenit ullam. Quod non invenit, invenit dum satisfacere

Luc. 23. 25.

Nullum visum fuit patrone.

Iustitia perpera salva malitia & calligata innocentia.

Iudicium ad placitum magnatum non iudicium.

Ioan. 18. 38.

Math. 27. 36.

Ab officio innocentie causa, ubi à ratione nulla.

re voluntati criminantium decrevit. Iustitia est firma ac perpetua voluntas: minimè iustitia, ni in voluntate perpetua: unde iustitia abrogatur, & nulla causa in illa causa cognoscitur; quia causa est iusta non innotescit; quando placet, quod displicuit. Blandiri cupit Principibus, quantumvis distet à legibus: & qui nullam in actis causam invenit, super caput innocentem in cruce posuit; quippe sine causa in iudice cause multæ, volente nequam fatiscere legi, sed ambitus voluntati. Nulla pridem rationi occurrit, sed in damnationem innocentis non defecit. Pridem acta scrutabatur ratio: post iudicabat affectio, ex adulatione iudicis in actores, pro causa iudicis: inveniente vel in crucem affectio etiam plenissimam causam, quando ratio iuxta leges manifestat innocentiam. Quoties sollicitatur ex iudicio amicitia, deviat à iure sententia. Nec disponitur processus litis, & subornati testes secundum ordinem legum, sed iuxta complacentiam criminantium. Acta rei à iudice prospecta, erant miracula: in actoribus invidia, sed magni in populis auctoritatis, à quibus pendebat etiam auctoritas iudicis: & ubi in ambitu infidet expectandum aliquod commodum, ita obsecrat rationis iudicium; ut puniantur in cruce tanquam scelera, quæ à ratione plaudentur uti miracula.

Si ex iudicio sollicitatur amicitia, deviat à iure sententia.

Voluntatis iudicium nullum.

Summa malitia damnare iustum etiam cognità innocentia.

atque in causa nullam causam: causaque cecidit iustus, & agnitus, quanvis inculpatum agnovit iudex perverus; quoniam propter delatorum voluntatem, prorripit amens nudam rationem & legem. Sed curiosè inquires, dum in huiusmodi lite iudex dicit causam nullam, unde cognovit nullam interesse causam? Causa claret ex obiectis criminibus, testibusque concordibus. Ubi testes? Admiserunt Pontifices: sed noluit Pilatus operari in depositione testium iuxta legem, Pontificum præcognoscens invidiam malignitatem, securius vetant in vitam Salvatoris, sub velo sacro venerabili iuris. Alius erat status causa, intente iudice in rationem; & alius capere cogitante criminantium voluntatem: arbitratus est, præut cognovit, & præut in cognitione ob ambitionem desipuit: etenim cognita causa nulla, nullius causa renuit admittere testes: & iudicio voluntatis admittit testes etiam ipsos delatores. Semel a pessimo iudice factum, sed in iudicia voluntaria inolitum: equidem in formatione atque rectificatione cuiuslibet causæ, solummodo interrogatur & auditur, quod placet iudici.

Marc. 14. 56.

Titulo legis tutores iniquitatis.

Iudicio voluntatis iniquitatis iniquitatis.

Ioan. 5. 8. 9.

Invidia causa & iuriso.

Verf. 10.

titulo miraculi sacrilegium: *Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum?* In sensa prolato, atque sententia testis fidelis persulit. *Qui me sanum fecit,* ait. Tace, de hoc minimè interrogaris, neque ad interrogata respondes. *Quis dic est ille, qui te iussit tollere lectum?* Qui me, dixit, fecit sanum. Importunè loqueris. Non inquirimus de salute, sed de fractione sabbati, de violatione festi, de illo qui opus servile impulit facere: quis est ille? *Qui me sanum fecit, dixi tibi.* Quis ergo? Quod dixi, dixi, respondit: & cum viderent prolata in gloriam & non in accusationem, omiserunt ultra interrogare testem. Præclara sanè informatio! Alia de eodem contemplannda disquisitione. Silitur Christus Pilato, & accusantibus extremis criminibus sacerdotum magnatibus. *Quam accusationem affertis (illos alloquitur) adversus hominem hunc?* Dixerunt: cognovit Præfes actorum invidiam; & audacter dixit: *Nullam invenio in eo causam. Invenimus (inquiunt) subvertentem gentem nostram.* Quid ergo iudex? *Nihil invenio causæ in hoc homine.* Si non videtur causa, dispalescant maiora: *Prohibentem tributa dare Casari* dicentem se *Christum regem esse: omnis enim qui se regem facit, contradicit Casari.* Pilatus quid in molem tantam? Nec invenit causam ullam: illi verò invalescebant, simulque clamabant: *Commoveat populum per universam Iudæam.* Nihil iudex movetur, quinimò primates alloquitur: *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam invenio in quibus eum accusatis: sed neque Herodes.* Accusatores rabulae fuclamabant: *Cyrenæ.* Pilatus autem: *Quid enim mali fecit?* Sic ille. Apodosis seu collatio notanda informationum pro expeditione casuarum. Ibi miraculum insigne patet obiectum pro causa: hic minime construnt causam tot crimina obiecta. Ibi informatio exacta sine ulla criminantis accusatione: hic tot tantique testes sine examine. In prima nihil questionum, præter quæ famam ac virtutem deonestarent: in secunda Iudex, quæ deonestabant, deposuit: vel commotionem populari, vel Casaris deauctoramentum persundedit. Unde ergo discrimen informationis casuarum? Ex voluntate ac affectione iudicium, Pilatus quarebat dimittere eum. Pharisei tollere illum: abdicaturque obiecta sine examine crimina, & accusationis ferviunt gloriola miracula; quippequam in anacri

Verf. 12.

Interrogatorum casuarum iuxta voluntatem iudicium.

Cap. 18. 25.

Verf. 38.

Luc. 23. à verf. 2.

Iudex nihil audit: si displicet.

Verf. 14.

Ioan. 19. 12.

fi, articulo informationis, solummodo interrogatur, quod nolunt, aut volunt iudices. Iuxta complacentiam vel displicentiam in affectu iudicantium, fit examen, vel non fit in depositione testium: inseriturque miraculum uti crimen, & crimen accipitur in honorem; igitur minister causam in examine vel levem, vel gravem conficit, prout iudici placet, vel prout iudici displicet.

7 Contemplantur studium malignantium Iudaeorum, dum invitant Baptistam in dignitatis fastigium. Accedunt malo animo, & ita struunt in decipulam quaestio. Intuitu supplicij interrogant, in optata veste lactant, ut quia testium defecerat tenor, ipsis pateret ex confessione infatuatus illulor.

Ioan. 1. 20. 21.

Ex iudicium malignitatis interrogatorij technae.

Aviditas malignitatis sub larva iuris.

Verf. 25.

examine prolaturus: criminanturque baptizare, ut claret malignitas ex instructa informatione: equidem nullo crinine invento fictum examen, artificij blandientium desijt in criminationem.

8 Hinc queruli frequenter pauperes de iudicio, equidem iuxta lubitum iudicis fit informatio; maxime si litigator potens, cuius a iudice timetur auctoritas, vel ex iudicio praecogitatur utilitas.

Quem numerus, persona, preces de tramite recto

Non ducunt, iudex sidera laude ferit.

Quis est hic, & laudabimus eum? Verum, etsi clariora Sole, in causa pauperum, universa ira subvertuntur, libelli simplices defidentur, tempus in deceptionem litigij procrastinatur, minister lactat, ut ultra fugat, scriba lapis manet, quia non emungit: procurator languet, advocatus fastidit, iudex surdeficit; recitator, qua invane transit, evanida refert: actiones litis perent, pauperes hinc inde fatiscunt, habitis nudantur, ab habendis expelluntur; potentibus litigatoribus voto, ex crebris vexationibus in litigio: equidem cum magnatum intuitus sit contentendum ex iusta causa recessus; recedunt gaudentes pauperes, etsi ex contentione pauperiores; igitur malunt sustinere extremam egestatem, quam pessimam ministrorum iustitiae administrationem. Canit S. Thomas Morus:

Sic inter domitos sine noxa sepe leones

Luditur, at noxa non sine sepe metu.

Infremit incerta crebra indignatio causa,

Et subito mors est, qui modo ludus erat.

Accessit quidam rogans felicem exitum, & quod cito causae exhiberetur iudicium. Nequibat habere causa, quippe pessima. Unde index exitum, uti optaverat, abnuvit, & repulsus grates retulit. De quo ergo, ait iudex, rependis gratias? Respondit: Quia cito negas: etsi exitum negas felicem, habeo tamen, quippe brevem: etenim habeo, quod alij tempore longo, sine pecunia dispendio. Resipio & gaudeo. Excusatur gravis iactura & mala causa: & quid ex parte sententia?

Vitam, animam, operam, sumptus impendimus omnes:

Praemia pro meritis que tribuenda putas?

Aula dedit nobis rescripta notata papyro,

Et sine mente sonos, & sine corde manus.

Jacob. Pontan.

An fractus inopi litigantis.

Thom. Mor.

Repulsa brevi victoria litii.

Uveibe.

Vi.

Vide Eberardum Uveibe in Aulic. Polit. n. 729. Appolite: siquidem si index viderit adversarium potentem; vel exitum habet futilem, vel causa non habet finem.

9 Sic iacet lancinata iustitia, quia a ministris non queruntur oves sine lana. Praepediunt studia iudicis munera, sentia, preces. Causae perdunt, quae paupertate tutantur.

Quid iuvat scire, atque revolvere casus? At fugienda facis, & facienda fugis.

Usquequod Domine clamabo & non exaudies? Vociferabor ad te, olim patiens & non salvabis? Claret oppressio iudicium, dum urget clamare in caelum: poenaeque augentur pressuris modo a caelo praetermittantur & voces: siquidem ubi pauperum in tribunal ascendit clamor; factum est iudicium & contradictio potentior. Propter hoc (infit Habacucius) lacerata est iustitia, & non pervenit usque ad finem iudicium. Quia impius praevalet adversus iustum; propterea egreditur iudicium perversum. Pauper in lite iusta causa cadit: impius contentione iniusta praevalet. Si iustitia iuxta merita, quo iure flexa, imò corrupta iustitia? Ex litigantium discrimine oritur discrimen causae; quoniam iudicium non secundum causas, sed tantum iuxta personas; & cum una divitis praepotentis, altera despecti pauperis; in iusta & iniusta causa fertur contraria sententia; igitur non suffragatur, vel refragatur iustitiae vel iuris aequitas, sed contententium facultas. Pauperibus in violentiam magnatum confert ius ad tribunalia recursum; inveniuntque graviorem sane molestiam, ubi in iudicibus per leges querunt iustitiam; quippequam malitia ministrorum, impius damnandus praevalet adversus iustum. Leges in aequitatem datae sunt: respectiva non est lex, sed legis vulnere, & republicae virus: etenim in illam calamitates, modo videantur laceratae leges. Quid mirum, pauperum saucia corda, si iacet etiam lacerata iustitia?

Mantuan.

Habac. 1. 4.

Iudicium se eundem perfonas, non iuxta causas.

Terent.

Iudicium si iudicio.

atque incurabile ius: sed hen! Valet legis vulnere, qui cadere debet iuris integritate: egrediturque iudicium undecunque perverium; quia lacerata lege nullius iudicium iudicium.

10 Semper enim iustus corrupto iudice corruit, & impius in causa praevalet. Etiam qui contendit, iustam causam in adversario cognoscit: sed quid? Recurrit ad leges? Nullo modo: in litis fraudes. Procrastinat litem, ingerit examen, deludit actiones, procuratores sollicitat desides, fingit novum articulum, deaurat dolium, ut pauper in negotio ditius gravetur, & a petitione radio fraudum removeatur, maxime si tenuis facultas, & inanis ad largas litis expensas. Sic quidam veterator dicebat apud Uveibe, ubi supr. n. 598.

Totus ubique manes, si calliditate valebis:

Non est simpliciter digna favore magis.

Iam enim tempus destinatur decisioni; at destinatum protrahitur tempus, quippe pro videnda causa inseritur alia ficta, novusque oritur Achilles dolis & technis, deauratis astutijs & larva legis, quae teritur tempus, nec extricatur articulus. Hispanice: Trampa adstante. Unde videns indubium pro diremptione causa, qui expectat faciem iustitiae, recedit cunctorum concipiens tadium; quippe non pervenit usque in finem iudicium, mavultque pati iacturam, quam adversariorum ac iudicum insolentiam: igitur minus malum in malis praemalignitate iudicis praetextu legis. Pagninus legit: Non egredietur in saeculum iudicium. Dirimitur extricatio litis coram facie legis. Brevius videtur iustitia, si iudici placet causa: at si displicat, quanvis saeculum transeat. Quo magis elucet iustitia pauperis, eo magis diremptionem trahitur ac protrahitur morulus temporis. Ultra nequit produci causa sententia, & datur ultra. Ad iudicia pauperis non est locus, nunquam tempus: equidem non fiet iudicium, quanvis saeculum esset ad iudicandum. Haec salebrae litium, & hi anfractus pauperum litigantium. Ea quae scripta, finem non habent, etenim nunquam perveniunt in finem. Hen pauperibus si tandem tandem pervenit usque in finem iudicium, post tot discrimina rerum: igitur pro palma a iustitia preparata, fulminantur poena, plaga, & ignominia. Innuic vel Ethnicus Satyr. 3. v. 297.

Dicere si tentes aliquid, tactusve recedas,

Fraudes ministrorum.

Uveib.

Minus malum in sententia iniusta, quam in ministrorum insolentia.

Pagninus.

Causa pauperis nunquam est loci, nec tempus.

Lis pauperis est sine fine.

Y 2. Tan.



Tantum est. Feriant pariter : vadi-  
monia deinde

Iuvenal.

Irati faciunt. Libertas pauperis hac est.  
Pulsatus rogat, & pugnis concisus  
adorat.

Ut liceat paucis cum dentibus inde  
reverti.

II Appropinquante universalis iudi-  
cio, erit cunctis hominibus tribulatio,  
qualis non fuit ex quo gentes esse cepe-  
rant usque ad tempus illud. Multa utique  
in hominum exterminium, sed a Luca vi-  
vide indicatur finis initium malorum. In  
terris ergo erit pressura gentium, in aquis  
sonitus maris & fluctuum, *arsentibus ho-*  
*minibus pra timore & expectatione.* Non  
videntur signata malorum extrema in ex-  
tremis malis, quandoquidem cruciamen  
ratione expectationis formidinis. Spes igitur  
cor levat, minimè gravat : timor vero etiam  
praesens, designat futurum malum, & non  
gravius praesenti, quod futurum. Unde igitur  
cordolum ita grave cordi arenti, pro  
timore incusso & expectatione? Non si-  
gnatur spes, sed mora eventus : infit Caietan-  
tanus. Iudicium de actis expectatur, unde  
mundus iudicetur, & non arefcit homo pra  
causa, sed pra eventus mora; quoniam in-  
geri, non potest gravior dolor in iudicio,  
quam ferenda sententia aegre ferenda ex-  
pectatio. Pra expectatione. Ex sententia  
irrevocabili? Ex integritate iudice? Quod  
morfu conscientiae? Ex actibus causae? Mini-  
mè: ex expectatione. Non premit expecta-  
tio cruciaminis, sed dolor expectationis:  
igitur facta collatione utriusque cruciatus,  
praepositur mora eventus; quippe potius  
cor arefcens eligit in iudicio sententiam  
perpeti, quam ante iudicium sententiae ex-  
pectationem tolerare. Ubi geminatus dor-  
lor, semper eligitur minor: & homo are-  
fcens de expectatione dolet, etiam dum  
sententiam timet; igitur ita cor pavidum  
gravat mora eventus ex actionibus litium;  
ut minor dolor signetur ex refragatione iu-  
dicis, pra dolore expectationis.

Luc. 21. 26.

Caiet.

Plusquam  
sententia in  
iudicio, gra-  
vat senten-  
tia expecta-  
tio.

nem Orozium lib. 2. Emblem. 38. Orig.  
lib. 4. Contra Gelsum, & Natal. Comit.  
lib. 4. Mytholog. cap. 6. Hinc illud quo  
supra.

—Tegmen ab urna

Dum Pandoralevat, totum exiliere per  
orbem

Hesiod.

Curarum infesta effigies : Spes sola  
remanfit

Intus, & è labris ima sub parte resedit.

Optimum symbolum pyxis Pandorae pro  
specimine iustitiae, igitur statuitur in tribu-  
nalibus ut amplectatur bona, & fuget ma-  
la, stabilitate iuris, atque firmitate legis,  
sine distantia personarum, sine cognitione  
affectuum; quippe ad carera caca, videt  
& perspicue iura. Urnam habet, qua sus-  
fragia continentur, atque leges custodiuntur.  
A malicia iudicium levatur operculum,  
unde gaudia quae infederant, minimè re-  
meant, sed fugitiva volant : qua prorsus  
strage pro integerrima incorrupta iustitia,  
iustitiae tantum deaurata collocatur statua,  
sedentibus sine spe, timore & expectatio-  
ne, pro pauperum molestissimo cruciamen-  
te: igitur post tot revolutos casus, post mo-  
ram eventus, cuncta timent, expectatio-  
nem sustinent, nec spem ullam pro sola-  
mine habent. Iudex enim promissis poten-  
tiorum, metu magnatum, illice munerum,  
dum inspicit leges latas,

Pyxis Pan-  
dora cur  
symbolum iu-  
stitiae?

Dat veniam corvis, vexat censura Iuvenal.  
columbas.

DIDASCALIA VI.

Omnia illi desunt, qui nihil  
sibi deesse patat.

I GNome est Mellissii Docto-  
ris lib. 2. de Consideratione,  
ad Eugen. cap. 7. signatque patulum cor-  
dis vulnus, factum a proprii cuspidis affe-  
ctus, de Gradib. Superb. cap. 15. Credit  
quod audit, laudat quod agit, & quod in-  
tendat, non attendit. Obliviscitur inten-  
tionem, dum amplectitur opinionem. Qui-  
que de omni alia re plus sibi credit, quam  
alijs; de se solo plus alijs credit, quam sibi,  
ut non iam verbotenus, aut sola operum  
ostentatione suam praefert religionem; sed  
intimo cordis credat affectu, omnibus se san-  
ctiorem. Quicquid de se laudatum agno-  
verit, non ignorantia aut benevolentia lau-  
datoris, sed suis meritis arroganter adscri-  
bit. Quae non cogitat de seipso? Quem se  
non

Bernard.

Amoris pro-  
prij condi-  
tio.

non cogitat? Cuncta in figura & ficta ar-  
tificiosa phantasia, quae sibi placet, quia  
placet sibi sine erroris cognitione, amentis  
temeritate, cunctis ridendus non solum  
quia temerarius, sed quia in praecipiti tem-  
eritate securus. Hylpan. Hazeveir mas  
que la temeridad, la grande satisfaccion.

Quisquis sibi placet, & sapiens sibi  
videtur.

Hinc risum excutimus Superis, hinc  
maximus error.

Hinc Moyses filijs Israel dicit : Si lumina-  
ria elevatis oculis videris, ne errore dece-  
ptus adores. Quare deceptionem simul  
cum errore offendit, dum deceptio erro-  
rem mentis supponit? Aliud est dece-  
ptione errare, & aliud errore decipi: qui  
astra lucida adorat, deceptus lumine errat.  
Qui seipsum adorat, decipitur errore, ne-  
quaquam lumine igitur fingit lumen, &  
non cognoscit errorem: additurque dece-  
ptioni ex adoratione luminarium etiam er-  
ror; quoniam seipsum adorare non tantum  
error, sed furor.

Deut. 4. 19.

Non solum  
mentis er-  
ror, sed fu-  
ror.

Galat. 6. 3.

Querit tan-  
tum appa-  
rentiam.

Psal. 61. 10.

Cur confer-  
tur statera?

tera iudicij iuste propender : igitur iuxta  
gravitatem inclinatur momentum, ex quo  
rationis iudicium. Quare existimatione  
affectiois ingressa, elucet cunctis statera  
dolosa; equidem nihil potest esse ponder-  
is, ubi nihil intervenit gravitatis. Exa-  
men dotium illustrium, atque pictarum,  
indicat pretiositatis momentum, quod qui-  
dem fallum, uti leve plauditur, & simul  
tollitur: etenim si tollitur in examine; pon-  
dus ita libratum nullius momenti, quippe  
nequaquam iuxta entitatem, sed iuxta exi-  
stimationem. Ornamenta praecleara exami-  
nantur in statera iudicij, non examine phi-  
lantiae, quo patet laevis

Sine ponere habentia pondus. Ovid.  
Additurque vanitas ponderis statera dolo-  
sa turpis philantiae; quia in statera propria  
existimationis tantum librari possunt, quae  
pondera vanitatis. Superfedeo ampliore  
textu examine, quippe faciam hic Tautol.  
6. Didasc. 6. a num. 13. & latius Tom. 6.  
Tautol. 3. ad illud : Quae aurea aurea, &c.  
Ergo in Pauli auctoritate.

Ovid.

Et statera  
dolosa?

2 Siquis existimat se aliquid esse, cum  
nihil sit, ipse se seducit : ait Doctor Gen-  
tium, in philantiae, atque hypocrisis exi-  
lium. Non dicit, cognoscit, sed existimat;  
ut inflationem verecundia coarceat. Co-  
gnitio provenit a ratione, existimatio è co-  
loribus phantasiae, transeuntis in picturas  
cordis, ex iudicio laesa mentis : signatur-  
que existimatio, ubi nulla dotium potest  
esse cognitio; quippe philantus non quarit  
entitatem, sed colorem. Dotes plauduntur  
ex pretio cognoscuntur, non umbram  
fulgorem existimantium : ceterum cum  
philantia gaudeat tantum apparentia; non  
gloriam quarit ex pretiositate dotium, sibi  
concilians existimatione plausum : igitur  
cum nihil commendabile habeat, duntax-  
at dotes aestimat, quoniam existimat. In-  
strumenta commendantur pretiositate, iu-  
dicio rationis, nequaquam existimatione  
philantiae sine synderesi, ex qua iudicium  
fallax & fallum; quippe iudicium proprium  
non est iudicium. Mendaces filij hominum  
in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in  
idipsum: equidem dum suis stateris libran-  
tur, miserrime decipiuntur. In statera tol-  
litur quod leve, deprimitur quod grave,  
tanquam in signo philantiae, & hierogly-  
phico invidia; qui philantus respicitur,  
si se exaltatum agnoscat: equidem uti le-  
ve & vanum plauditur, quicquid sursum in  
statera tollitur; quoniam dum magis emer-  
tur pondere plausus, non habet pondus.  
In examine momenti patet, quod in sta-

3 Siquis existimat se aliquid esse. Quis  
ergo non est aliquid; ut taxetur centura  
Pauli eius existimatio, cuius est esse? Quis  
quod est, negat? Qui sese quid esse existi-  
mat : igitur ut seducat se, existimat Quid,  
quod Quod. Clare procedendum. Quid  
dicitur quod constitutum substantiae vel  
personae : Quod vel Quale, quod adicitur  
personae, vel substantiae. In civilibus, aut po-  
liticis Quid dicuntur eximia merita, & do-  
tes : Quod vel Quale munera atque dignita-  
tes : seque seducit, aliquid esse existimans  
se; quoniam quod Quod, existimat Quid;  
igitur Quid nequit esse inducta forma, cum  
ibi non sit substantia. Amor proprius uti  
prastigiator deludit oculos, evertit sensus,  
pervertit iudicium, evacuat cerebrum, lo-  
pitationem, exhaurit denique mentem,  
ne cognoscat insulatus, inter blandimma  
attonitus, ut impossibilem transfum qua-  
litate accidentium in substantiam merito-  
rum; & dum se iudicat aliquid, ostendi-  
tur plane nihil, quoniam arbitrat ut Quid  
habentis, remota substantia meriti, quali-  
tatem dignitatis. Observa profunditatem  
Pauli. Non dicit absolute: Qui se existimat  
aliquid esse, si est aliquid; sed qui se existi-  
mat, esse aliquid, cum nihil sit. Nihil con-  
notat nullam entitatem meritorum: aliquid  
existimationem propriam ex fulgore di-  
gnitatum. Qui aliquid est, & se existimat  
aliquid, claret vanus: qui aliquid se esse  
existimat, cum nihil sit, est seductus: igitur  
traductus a philantia habet pro gloria  
quod

Munera est  
magna non  
sunt merita.

Philantus vi-  
detur glo-  
ria, ipsa  
ignominia.